

Nicolaus Schütze

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I.U.D. & Professor. Ad lugubrem funeris deductionem ... Dn. Johannis Goltsteins/ Pastoris Templi Nicolaitani fidelissimi ... Quam Relicta Vidua moestissima fieri expetit Omnes omnium ordinum Cives Academicos vocat & invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1635

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777450704>

Druck    Freier  Zugang



Schütze, N.,

in J. Goltstein.

R. 1635.

17.







48  
66.

PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR  
Academæ Rostochiensis  
**NICOLAUS Schüze/ J. U. D.**  
& Professor.

Ad lugubrem funeris  
deductionem

*Viri Reverendi ac Clarissimi*

**DN. JOHANNIS**  
**GÖTTSCHEIUS/**

Pastoris Templi Nicolaitani fidelissi-  
Ministerij Ecclesiastici Senioris &  
uperintendentis meritissi-  
simi



*Quam*

*Recta Vidua mœstissima fieri  
expetit*

*Omnes omnium ordinum Cives Academi-  
cos vocat & invitat.*



ROSTOCHI,  
Literis JOACHIMI PEDANI Acad. Typog.  
ANNO M. DC. XXXV.





RECTOR  
Academiae Rostochiensis  
NICOLAUS Schuze / J. U. D.  
& Professor.

**I**os nonnullos Christianos morituros suavem vitæ eternæ dulcedinem prægustasse palam Historie faciunt. Inibi id ipsum ex plurib. Servulus paralyticus, quem ultimum ferme spiritum trahentem & sacros cum adstantibus hymnos una concinuentem mox Tacete Tacete, nunquid non auditis quahti & quam dulces cantus in cœlo resonant, ex abrupto prolocutum fuisse; itemq; Elisabetha Landgravij cuiusdam Thuringia Uxor, quam febrieitanem tinnulō apicula fortè ad volantis murmurēta, quasi jam Angelos in cœli Regno cantantes audiret, delectatam fuisse & tenui languescentis corporis voce ipsam succinere capiſe Marulus recenset; comprobare. Quibusdam per mortem ad propinquantem ex terrenis ad cœlestia volitare gestientibus Christum ipsum vitæ Ducem eosmet secum abducturum apparuisse memorie proditum est: Inter hos ceteris silentio suppremis Tarsilla virgo sacra in cubitis & genibus ex assiduo precum exercitio cutem Camelorum more obduratam nata, quam in praesentia multorum lectulum ejus circumstantium subito

subito sursum ressicientem Recedite Recedite Jesus venit  
elata lingua clamitasse D. Gregorius; nec non Mariæ Mag-  
dalena Soror Martha cui vita termino instanti ~~de~~ <sup>ad</sup> Christum  
Christum visibiliter præsto fuisse eamq; ut secum veniret horta-  
tum esse, ut & Anthonius Hispanus, quem moribundum i-  
psunum Christum sibi præsentem oculis conspexisse in ejusq; con-  
spectu letum ac intimis præcordiis exultantem psalmum cecinisse  
simulq; eundem & vitam finivisse præcitus Marulus enar-  
ravit, extitere. Aliis morbo mortis classico ad iter cœleste sese  
accingere stimulatis in pia obdormitionis meditatione sanctos  
Angelos ut viæ salutiferæ Comites & fideles animæ Apparitores  
in specie visibili ad sociatos fuisse scriptum invenitur. Ad socia-  
zionem hancce, ut fertur, expertus est Stephanus Abbas vir  
Sanctimonia singularis, ad quem nonnulli cum adversa valerudi-  
ne utentem invisentes Angelos intrasse obseruarunt. Expertus  
est eandem Reatinæ urbis Episcopus Probus ad quem ægrotantem  
puer quidam ipsi adsidens duos viros candidis uestibus indutos ra-  
diantijs facie lucentes ingredi vidit: Exemplum ejus quoq; præ-  
bet D. Hieronymus, cui morituro Angelos ad patriam cœle-  
stem ipsummet invitantes & quod libenter cupideq; venire veller,  
responsum ferentes adfuisse quidam testantur, quemadmodum de-  
eo aliisq; fusiis prædictus Marulus differit.

In rei autem hujus considerationem abire nos jubet funus ho-  
diernum Reverendi ac Clarissimi Viri Dn. M. JOHANNIS  
Goldsteins, Temoli apud nos Nicolaitani Pastoris dum viveret  
vigilantisimi Reverendiq; Ministerij Ecclesiastici Senioris &  
Superintendentis meritisimi, quem pius toto vita tempore fu-  
isse Christianum nemo urbem hancce incolens est qui nesciat.  
Eumq; quamvis non apparenter verissime tamen felicitatis  
cœlestis gushum interioribus pectoris labris quadam cenus in mor-

fas

salutem huius, Christum Salvatorem ex temporalibus ad aeternam evocare pie defuncto nostro beatae emigrationis cupidinem insillasse, Ejusq; animulam Spiritus celestes, discessum ipsiusmet prestatos concomitatos esse & in sanctum Abram sinum transportatam ibidem reposuisse ambigendum non est.

Oratum duxit antem memoratus pie defunctus noster Superintendens Dr. JOHANNES GOLDSTEIN, Pastor templi Nicolaitani, dum vita manebat, fidelissimus ex Westphalia, ubi in urbe Ruthenâ honestis, licet fortunae cenuioris parentibus prognatus, ac sacro Baptismate renatus est: Vix quinq; hebdomadum infans Patrem HENRICUM Goldstein turbato mortalitatis ord. ne amisit. Hinc factum ut ipsi tenero Genitrix EVA Trippen magnolabore praesertim cum ipsa non solum pauper & relicta, verum etiam altera manu esset mutila & manca, uictum querere coacta fuerit. In ludo patrie literario veræ pietatis semina jecit, primaq; litterarum elementa probe didicit. Postea illum Matris paupertas ac in literis proficiendi cupido alio migrare compulit, quod perficere allaborans Provincie primum patrie Urbium que ipsum aliquandiu pane ostiatim pertuta aluerunt, scholas visitavit. Deinde patrum solum relinquentis Gottingam venit, que civitas plurimum studiis ejus profuit: Exinde tribus annis continuis exactis Lubecam contendit, & paulo post Wismariam; Deniq; etiam ad nos Rostochium venit, quo veniens trium assuum Dominus fuit. Tum autem primum scholæ huic triviali se commisit, & alumnus primæ Classis, itemq; Dni, M. Nathanis Chytræi tunc temporis Scholæ Rectoris miri Clarissimi Discipulus ac Domesticus factus est. Ast quia de viatu & amictu sibi ipse pie defunctus noster prospicere necesse haberet, difficulter cum per plateas cantando sibi comparavit, interim saepe nunc fame, nunc siti, nunc aliarum rerum penuria vexatus: Tandem vero Academicam vitam vivere incipiens, apud quos-

dam Civium institutione filiorum liberalem mensam, quā sustentatus est, promeruit. Laboribus hujusce institutionis nimis gravibus, cum diu multumq; esset pressus, tandem Pädagogus Dni. D. Davidis Chytræi b. m. Theologi sui seculi incomparabilis (de cuius favore quæsito non secus ut Plato, quod in Socratis æratem ortus fuis incidisset, sibi gratulatus est) factus: Cui etiam propter summam diligentiam, ac in filiorum institutione adhibitam fidem fuit gratissimus. Hujus viri promotione, postquam Magisterii honorem adsumisset, apud Wismarienses Scholæ Rectoratum adeptus est. In functione illâ laboriosè ac fideliter per dimidium annum demandatae provinciae præfuit: quo præter lapsus Anno Christi superioris seculi nonagesimo quinto hoc revocatus, principio Pastor templi Nicolaitani constitutus; post consimil anno præsentis seculi vicesimo octavo, munere Superintendentis honoratus est: quâ fide autem inutrōg; munere desiderit, sat notum.

Ad Pastoratum autem ante quadraginta annos vocatus, conjugalem vitæ sociam sibi adscivit piam ac honestam Virginem MARGARETHAM, Reverendi & venerandi Senis Dni. Nicolai Grisen Pastoris templi Cathariniani apud nos Filiam unicam, cum quâ concorditer in conjugio non prorsus infœcundo, sed ex quo unicum Filium Johannem, non longe posse vivissim denatum suscepisset, viginti novem annos transegit.

Illâ verò defuncta per annum viduus, anno 1625. ad altera transiit vota, honesta ac pudiciissima virginе Dorothea, Dni. Jacobi Alwardes Civis quondam hujus Reipub. primarij filia in uxorem dulta, cum qua decem annos in Conjugio tranquillo ac pacato vivens benedictionem Domini pio marito in Psalmo 128. promissamre ipsa expertus & utriusq; sexus prolis filij Johannis

ac

ac filia Evæ factus parens es. Pieratis erga Deum & Christianæ dilectionis erga proximum præsertim domesticos, populares, ac fidei participes, studium ejus singulare exitit. Matrem ex Westphalia huc evocatam aluit, & mortuam honeste se peliri curavit: Sorori itidem cum viro ex patriâ ad se accersitis de necessariis adjutationem rebus hic & alibi prospexit: Popularibus imploratus promotione, ad liberalem mensam, vel ad functionem Ecclesiasticam aut Scholasticam intra vel extra hanc urbem subsidio fuit certissimo. Ille hic ut Communis Westphalicæ gentis & cum primis Studioforum pauperiorum, (qui hoc in viro denato non exiguum sua sustentationis ac promotionis fulcrū amisere) Mecænas ac Patronus exitit. Taceo jam ejus in officio suo fidelitatem ac diligentiam, etiam lippis ac consoribus, ut ajunt, notam: Ministerii Ecclesiastici Dignitate nihil ipse fuit sanctius aut antiquius.

Cum confratribus etiam, quib. ob singularem iudicij dexteritatem ac sententiae gravitatem longè gratissimus fuit, in summa concordia vixit. Senio tandem confectus, quod per se morbus esse solet; ac diuturniore morbo nunc per decem septimanas lecto affixus, præterita die veneris hora octava matutina in constanti fide & Christi Salvatoris sui, quem ad quadragesimum, usq; annum prædicaverat, agnitione, ex hoc ærumnarum ergastulo Anno ætatis suæ septuagesimo quinto discessit verbis hisce Ixor, nostrī conjugij memor vive ac vale (quibus Augustum Cæsarē moriturum Liviam suam alloquitum fuisse Suetonius narrat) conjugi suæ dilectissimæ nunc viduæ mestissimæ, valedicens.

Ceterum eum beati hujusce viri de Ecclesiâ nostra optime meriti Exuvias hodierno die solito ritu Christiano sepeliendæ effarentur

rentur, Omnes & singulos fascibus nostris Academicis subjectos,  
ut circa primam pomeridianam in Templo Nicolaitano præsen-  
tes esse & processui funebri se ad sociare non graventur summa-  
di ligentia & rogo & honor P.P. Rostochij sub Sigillo Rectoratus  
3. Martij Anno 1635.











ac filia Evæ factus parens est. Pietatis et  
stianæ dilectionis erga proximum præserium  
res, ac fidei participes, studium ejus singula  
ex Westphalia huc evocatam aluit, & mortu  
curavit: Sorori itidem cum viro ex patri  
necessariis ad sustentationem rebus hic & aliis  
laribus imploratus promotione, ad liberalen  
functionem Ecclesiasticam aut Scholasticam  
hanc urbem subfudio fuit certissimo. Ille hic  
phalicæ gentis & cum primis Studiosorum pau  
in viro denato non exiguum sua sustentatio  
fulcrū amisere. Mecenæs ac Patronus extitit  
officio suo fidélitatem ac diligentiam, etiam li  
ut ajunt, notam: Ministerii Ecclesiastici  
fuit sanctius aut antiquius.

Cum confratribus etiam, quib. ob singularer  
em ac sententia gravitatem longè gratissimi  
concordia vixit. Senio tandem confectus, quo  
foleti ac diuturniore morbo nunc per decem sep  
tēns, præterita die veneris hora octava maturi  
& Christi Salvatoris sui, quem ad quadrage  
prædicaverat, agnitione, ex hoc ærumnarum er  
ratis sua septuagesimo quinto discessit verbis  
stri conjugij memor vive ac vale (quibus  
rem moriturum Liviam suam alloquitum fuiss  
et) conjugis sua dilectissimæ nunc vidua mæst

Ceterum eum beati hujuscce viri de Ecclesia  
riti Exuvia hodierno die solito ritu Christia

Christ  
opula  
arrem  
peliri  
itis de  
Popu  
vel ad  
cera  
West  
ui hoc  
tionis  
ius in  
ibus,  
il ipse

errita  
mmā  
is esse  
affia  
i fide  
num  
no e-  
no-  
caja-  
nar-  
cens.

me-  
effe-  
atur

Scan Reference Chart TE263 Serial No. 032

↑ mm Inch ↑  
160 150 140 130 120 110 100 90 80 70 60 50 40 30 20 10 0

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

B9 A8 C9 B8 A7 C8 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

the scale towards document

Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 032